ens successoribus ipsius integre numerata et persoluta fu-
erit. Iuribus nris Regalibus Reipub. et Ecclae Ca-
tholicae salvis manen. In cuius rei fidem etc. Datum
Varsaviae die Xma Mensis Febru. Anno Dni
MDCXXIX Regnor. ut supra

Sigismundus Rex Petrus Zeronski

Bona cuiusdam Michaelis Goldue Egregio Sebastiano Waknio dantur.

Sigismundus III etc. Significamus etc. Quia nos bona
omnia mobilia et immobilia, summasque pecuniar. sive
parat. sive aliqua rone obligat. apud quascunque per-
sonas aut ubicunque locorum, in et extra Civitatem no-
stram Torunen. existen. morte cuiusdam Michaelis Gol-
due perduellis, certis liquidis de causis, ad fiscum et

eris successoribus ipsius integre numerata et persoluta fu-
erit. Iuribus nris Regalibus Reipub. et Eccliae Ca-
tholicae salvis manen. In cuius rei fidem etc. Datum
Varsaviae die Xma Mensis Februarij Anno Dni
MDCXXIX. Regnorum ut supra

Sigismundus Rex Petrus Zeronski

Bona cuiusdam Michaelis Goldue Egregio Seba-stiano Waknio dantur.

Sigismundus III etc. Significamus etc. Quia nos bona
omnia mobilia et immobilia, summasque pecuniarum sive
parat. sive aliqua ratione obligat. apud quascunque per-
sonas, aut ubicunque locorum, in et extra Civitatem no-
stram Torunen. existen. morte cuiusdam Michaelis Gol-
due perduellis, certis licitisque de causis, ad fiscum et

dispositionem nram Regiam iure caduco devoluta Egregio
Sebastiano Vaknic Ser.mae Constantiae Reginae Con-
iugis nrae Char.mae Servitori, dandam et conferendam esse duximus.
Sicut quidem damus et conferimus praesentibus literis nris.
Ita ut eadem bona caduca, omnia et singula, ingrediatu-
re adeat, et in possessionem suam vindicet, teneatque habeat
possideat, et in suos successorumque suorum, quosvis benepla-
citos usus, pleno et perpetuo iure convertat. Quod om-
nibus quorum interest, praesertim vero Magistratui Civili
Torunensi, notum esse volumus, mandantes, ut requisiti
à praefato Donatario nro, vel ipsius Mandatario, bona
omnia suprascripta, quae usquiam reperta fuerint, vigore
praesentis Donationis nrae, illi in realem et Actualem
possessionem tradant, curentque ut quamprimum iis potiatur.
Pro gratia nra. In cuius rei fidem etc. Dat. Varsa-
viae die Xa Mensis February Anno Domini
MDCXXIX° Regnor. n. et etc.

Sygismundus Rex

Petrus Zeronski

Jus Caducum.

dispositionem nostram Regiam iure caduco devoluta Egregio
Sebastiano Vaknit Serenissimae Constantiae Reginae Con-
iugis nostrae Charissimae Servitori, dandam et conferendam esse duximus.
Prout quidem damus et conferimus praesentibus literis nostris.
Ita ut eadem bona caduca, omnia et singula, ingrediat iu-
re adeat, et in possessionem suam vindicet, teneatque habeat
possideat, et in suos successorumque suorum, quoscunque beneplá-
citos usus, pleno et perpetuo iure convertat. Quod om-
nibus quorum interest, praesertim vero Magistratui Civili
Torunensi, notum esse volumus, mandantes, ut requisiti
à praefato Donatario nostro, vel ipsius Mandatario, bona
omnia suprascripta, quae uspiam reperta fuerint, vigore
praesentis Donationis nostrae, illi in realem et Actualem
possessionem tradant, curentque ut quamprimum ijs potiatur.
Pro gratia nostra. In cuius rei fidem etc. Datum Varsa-
viae die Xa Mensis February Anno Domini
MDCXXIXo Regnorum Nostrorum etc.
Sigismundus Rex

Petrus Zeronski
Jus Caducum.